

AÑO L.

Lunes 17 de Noviembre de 1902.

NÚM. 22.



DEBERNY

BOLETÍN Eclesiástico

DEL

Obispado de Astorga.

SUMARIO: Circular.—S. C. del Concilio: sobre la profesión de fé.—Clausula importante en las dispensas matrimoniales.—Real Orden sobre derechos de Párrocos—Doctrina Canónica sobre provisión de Parroquias.—Codex Canonico-Litúrgicus.—Por injurias á un Sacerdote.—Tabla de los Sermones de la S. A. I. C.—Limosna para los Stos. Lugares.—Anuncio sobre el Boletín Ecco.—Necrologia.

CIRCULAR

S. E. Ilma. el Obispo, mi Señor ha recibido la siguiente comunicación:

Exmo. Sr. Obispo de Astorga.

Mi distinguido amigo y respetable Prelado: La Ley de 26 de Junio de 1890, al dictar reglas en su Título tercero para la formación, revisión custodia é inspección del Censo electoral, dispone en su artículo 20 que todas las solicitudes, actas, certificaciones y diligencias referentes á la formación y revisión de dicho Censo, así como las actuaciones judiciales relativas á él sean gratuitas, añadiendo que las Autoridades y funcionarios públicos ó eclesiásticos encargados de los respectivos Archivos expedirán gratuitamente

en papel común cualquiera clase de documentos que necesite el elector ó vecino para acreditar su capacidad ó la capacidad ó incapacidad de otros electores.

A pesar de la terminancia de este precepto, parece que algunos encargados de los Archivos Parroquiales, (pocos en número) no se prestan á facilitar los documentos de que se trata, que deben ser expedidos con arreglo á la ley sin exigir por ellos derechos, y esto me pone en el caso de rogar á V. E. que por los medios que estime más convenientes procure si las quejas recibidas en este Ministerio responden á hechos ciertos, que no se repitan estos para que lo dispuesto tenga el debido cumplimiento.

En la confianza de contar con su valioso concurso á los indicados fines, quedo de V. como siempre affmo amigo y atento S. S. Q. B. S. A. P.

J. MONTILLA.

En su virtud llamamos la atención, por encargo de S. E. Ilma., á todos los Sres. Curas Párrocos sobre estas disposiciones, para que se atengán á ellas, y no se nieguen á facilitar los documentos de que hace mención la citada ley, en el modo y forma que la misma indica.

Astorga 15 de Noviembre de 1902.

*Dr. Antonio Berjón,
Can.^o V.-Srio.*

SAGRADA CONGR. DEL CONCILIO

Resolución sobre la profesión de fe que han de prestar los que obtienen beneficios eclesiásticos.

A una consulta elevada por el Excmo. e Ilmo. Prelado de Zamora á la Sagrada Congregación del Concilio, acerca de la profesión de fe que deben prestar los que obtienen beneficios eclesiásticos, el Emmo. señor

Cardenal Prefecto de dicha Congregación ha contestado con el documento que se inserta á continuación:

«Rme. Dne. uti fr.:

Postulato, in novissima Tua relatione status istius Diocesis exhibito, quoad fidei professionem a parochis emittendam, Emi. Patres rescribendum, censuerunt.—Detur responsum uti in una Tirasonen.—Visitationis 11 Liminum,—Die 11 Maji 1782 ad I dubium, quod sic se habet: An obtinentes beneficium cum cura «animarum, dignitates et canonicatus in ecclesiis metropolitanis vel cathedralibus satisfaciant praecepto «1. Concilii Tr. sess. 24, e. 12 de ref., si professionem «fidei emittant post susceptam institutionem vel collationem et antequam in possessionem immittantur in «casu, etc. Resp. *Affirmative.*» Idque Tibi notificari voluerunt, prout per praesentes exequor.

Interim debito cum obsequio me profiteor.

A. T.—Romae, 23 Aprilis 1902.—Zamoren.—Revmo. Episcopo.—Uti fr. A. CARD: D. PIETRO, Praef. —B. ARCH. NAZIANZEN, Secret.»

CLAUSULA IMPORTANTE RECIENTEMENTE IMPUESTA
en las dispensas de impedimentos matrimoniales

En los nuevos formularios de dispensas matrimoniales que se reciben de la S. Dataría desde primeros de año, mandados reformar de orden del Embo. Cardenal Pro-Datario, después de dispensar el grado del parentesco que es objeto de la petición, se lee la cláusula siguiente: *ac aliis bona fide forsam reticitis*, es decir, *aliis similibus impedimentis*. La cual cláusula se explica por la misma S. Dataría en esta forma:

«Quare hac clausula nullo modo comprehenduntur impedimenta a quibus S. Sedes nunquam hactenus dispensavit; neque comprehenduntur impedimenta, a quibus S. Sedes non nisi rarissime dispensat, nec comprehenduntur impedimenta a quibus Dataría Apostolica regulariter non dispensat; nec comprehenduntur

impedimenta, quae *speciali* indigent mentione. Reliqua item impedimenta non comprehenduntur, si *difficilioris* per se essent Dispensationis, quam Impedimentum in Supplicatione expositum et dispensatum.»

REAL ORDEN

sobre los derechos de los Párrocos en los expedientes de reemplazo.

Remitida á informe de la sección de Gobernación y Fomento del Consejo de Estado la consulta promovida por esa Comisión mixta, sobre abono de derechos á los Curas párrocos y al Registro civil por la expedición de partidas, la expresada Sección ha emitido en este asunto el siguiente dictamen:

«Excmo. Sr.: Con real orden expedida en 20 de Julio último por el Ministerio del digno cargo de V. E., se remite á informe de esta Sección el expediente relativo á la consulta promovida por la Comisión mixta de Reclutamiento y Reemplazo de Lérida, sobre abono de derechos á los Curas y Registros civil por la expedición de partidas.

Resulta que, en sesión de 11 de Marzo último, la Comisión mixta de Reclutamiento de Lérida acordó dar traslado al señor Obispo de la diócesis de un oficio del Alcalde de Corbius, en el que se le hacía presente los excesivos derechos que el Párroco del citado pueblo exigía por la expedición de partidas de bautismo, matrimonio etc., manifestando al Prelado que, con arreglo al art. 98 de la ley de Reemplazo, quedan obligadas las Autoridades á no exigir costas ni derechos á los mozos excepcionales, mientras no se designe la excepción acreditándose la riqueza en sentido legal de quien la propone.

A esto contestó el señor Obispo que, no obstante su apariencia de exagerados, los derechos percibidos por el Cura

de Corbius lo han sido con arreglo á lo que marca el Arancel general de la diócesis, aprobado por el Gobierno.

Entiende la Comisión mixta que las citadas disposiciones legales se contradicen, toda vez que con el Registro civil se han suscitado cuestiones análogas, recurre á V. S. en demanda de criterio ó disposición que rija claramente la materia:

La Sección cuarta de la Dirección general de Administración propone:

1.º Que se manifieste á la Comisión mixta de Lérida que los artículos 98 de la ley de Reclutamiento vigente y 73 del reglamento para su ejecución, y preceptos de la del Timbre, no se refieren para nada á los derechos que, con arreglo al Aráncel, corresponde á las Parroquias y Juzgados municipales, y papel que ha de emplearse en los documentos que expidan, ni á los demás derechos de legalización que en su caso correspondan á los Notarios, Juzgado de primera instancia, etc.

2.º Que se interese de los Ministerios de Gracia y Justicia y Estado la rebaja de los Aranceles por documentos que expidan las Autoridades judiciales, eclesiásticas y consulares, cuando se trate de expedientes de pobres á los fines de reclutamiento, y del de Hacienda, la disminución del timbre que llevan dichos documentos, sin perjuicio del reintegro procedente, de acreditarse la pobreza; y

3.º Que disponga, de acuerdo con dichos Ministerios é interin no se acuerde esa rebaja, que en casos de absoluta pobreza de un vecino y su familia, pueden los Ayuntamientos pedir de oficio á los Curas párrocos y Juzgados municipales los datos que necesiten, los cuales se les facilitarán gratuitamente, siempre que conste la pobreza de los interesados.

Vistos los artículos 98 de la ley vigente de Reclutamiento y el 70 del reglamento para su ejecución:

Considerando que los citados preceptos, al establecer

que en los expedientes de quintos, la Autoridad, Alcaldes, Secretarios y Ayuntamientos no exijan costas, derechos ni otro papel que el de oficio, no ha podido referirse á los derechos arancelarios que devengan por expedientes de documentos los Curas Párrocos, los encargados del Registro civil, los Notarios, Cónsules y demás funcionarios que no perciben sueldo ni dependen de un modo directo é inmediato del Estado, de la provincia ó del Municipio.

La Sección opina que procede resolver este expediente en el sentido que propone la Sección cuarta de la Dirección general de Administración.»

Y habiendo tenido á bien S. M. el Rey (q. D. g.), y en su nombre la Reina Regente del Reino, resolver de conformidad con el preinserto dictamen, de R. O. lo digo á V. S. para su conocimiento y demás preceptos. Dios guarde á V. S. Muchos años. Madrid 11 de Febrero de 1902.—*Alfonso González*.—Sr. Presidente de la Comisión mixta de Recrutamiento de Lérida.

DOCTRINA CANÓNICA SOBRE LA PROVISIÓN DE PARROQUIAS

(CONTINUACIÓN)

Quarta est, quod ad tramites Bullæ Pianæ, novum examen fieri debet coram ipso appellationis Iudice et eius Examinatoribus, et sic, si appellatur ad Sedem Apostolicam, novum examen fit in Urbe, et coram Examinatoribus Eminentissimi Cardinalis Vicarii, ita ut nec ætas provocati ingravescens, nec loci distan-
tia ab Urbe, utpote si ipse extra Montes degeret, eum excusare valeant ab accessu ad Urbem ut se novo ex-
mini subiiciat, quemadmodum adnotavit R. P. D. An-
saldus *in addit. ad decis. 32. num. 69.* et firmavit Rota

decis. 5. num. 14. coram Card. Celso, et decis. 10. num. pariter 14. post Monacell. in formul. legal. tom. 4. poteruntque EE. VV. benigne recordari, quod in quadam causa Isclana Parochialis, quæ fuit proposita 23. Iulii 1718. et in qua disputatum fuit, an esset locus provocationi ad novum examen faciendum in Curia, responsum est *affirmative, et ad mentem*, et mens fuit, quod exquireretur an Concursus in terminis appellationis fuisset unquam in partibus delegatus; agebatur enim de provocato paupere et sene; pervolutisque regestis, cum unica tantum resolutio fuerit reperta in quadam Causa Melfien. *concursus 21. Ianii 1642. lib. 42. decret. fol. 381*, in qua commissum fuit examen Episcopo viciniori, sed propter timorem pestis tunc grassantis in Civitate Melfien., deprehensum fuit resolutionem esse inapplicablem, et reproposita causa *die 24 Septemb. 1718*, rescriptum fuit, quod examen fieret in Urbe, et sola examinis subdelegatio in partibus admittitur in Parochialibus de Iurepatronatus Laicorum, aliisque Beneficiis, quæ examen exposcunt, et non concursum, uti late habetur *in decision. 348. num. 9. par. 10 recent. in decis. 307. per totum, et signanter num. 6. et 7. coram Celso, et in decis. 10. num. 13. et seqq. et praesertim num. 16. post Monacell. in formular. leg. tom. 4.*

Quinta est, non sufficere unum tantum novum examen sed iuxta praxim, secundum, et tertium examen non denegari quoadusque per tria uniformia experimenta, ad instar rei iudicatae, de litteratura, vel illitteratura constare possit, uti plene habetur *in decis. 10. num. 10. post Monacell. in formular. tom. 4.* Et ad maiorem praxis explicationem, operae pretium est adnotare, quod si praeelectus ab Episcopo in concursu, et ad novum examen provocatus, per duas vices reprobetur, admittitur ad novum examen ex eo quod deficiencia in successivis examinibus adscribi valet accidentali aegritudini corporis vel animi, et ad effectum excludendi iuridicum vel iudiciale possessorum tria requiruntur uniformia iudicata in Iudicio ordinario et devolutivo. At si aliquis praeelectus ab Episcopo in duabus successivis examinibus succubuisse, et deinde in tertio viciisset, tunc de iure non est locus quarto examini. Sed ex quadam aequitate introductum est, ut

quartum etiam concedatur examen, iuxta late firmata
*in Placentina Parochialis 16. Martii 1708. num. 7. et
seqq. coram bon. mem. Ansaldo, impressa post Monacell.
in formul. tom. 4.*

Ultima demum assertio est, quod, absoluto ex-
aminis iudicio, absolutum dici non potest iudicium
super collatione Parochialis; cum etenim doctior non
sit dignior, et aliquis posset esse minus doctus, sed
magis idoneus pro ecclesia parochiali, hinc est, quod
expletis examinibus instituenda est quaestio circa col-
lationem Parochialis, adeoque circa uniuscuiusque
riquisita, et tunc formiter et per concludentes probatio-
nes poni debet in claris, quod Ordinarius praeelegerit
minus dignum in comparatione dignioris, et his ter-
minis procedere dicuntur verba Bullae Pianae: *Constito
de prioris eligentis irrationali iudicio, eoque revocato,
Parochialis magis idoneo conferatur, et late ad rem pro-
sequuntur Ventrigl. in praxirerum Eccles. parte 2. an-
notat. 5. §. 2. num. 53. et 54. Garzias de benef. par. 9.
cap. 2. num. 252. Monacell. in formul. tom. 2. tit. 15.
num. 20. et 21. Rota in Lunen. Sarzanen. Parochialis
2. Iulii 1706. §. Neque obstare coram bon. mem. Oman-
na; et decis. 10. num. 4. et 5 post Monacell. in formul.
tom. 4.*

Exposita praxi, iusta methodum insinuatam, neces-
se est loqui de inconvenientibus et præiudiciis, quæ
ex dicta praxi derivare dicuntur. Porro nonnulla res-
piciunt iuris dispositionem et ordinem, nonnulla de-
corem episcopalem, et nonnulla damnum ipsarum ec-
clesiarum parochialium nec non Parochianorum.

Quoad dispositionem et ordinem iuris, durum et
durissimum dicitur esse, quod, si præsumptio iuris
est pro Episcopi iudicio, quadusque contrarium doce-
atur, provocatio ad novum examen deinde admittatur,
nendum absque ulla probatione, sed etiam absque ullo
fumo irrationalitatis episcopalii iudicii; et multo
magis, cum ex novo examine non desumatur nisi
maior vel minor litteratura, quando certum est maio-
rem litteraturam non sufficere pro obtainenda Paro-
chiali, ita ut possibilis sit casus, quod rite, et recte
Episcopus prætulerit minus doctum magis docto, ex
quo minus doctus cæteris aliis necessariis polleret qua-

litatibus pro regimine animarum, ut in puncto, per pensa praxi de qua nunc agitur ponderat Card. de Luca *de Parochis disc. 6. num. 3. et seqq.*

Quocirca dicunt Doctores, quod hæc provocatio ad novum examen etiam cum subsecuto favorabili effectu, quod appellans scilicet remaneat approbatus, et etiam qualificatus tanquam magis doctus, nullatenus ei sufficiat pro obtainenda Parochiali, sed tantum ad avertendam notam et infamian reprobationis, aut approbationis in secundo gradu reportatae in primo examine Episcopali, uti ponderat Ventrigl. *in praxi Rer. Eccles. par 2. annot. 5. §. 2. num. 48:* et sequitur Rota *decis. 10. sub num. 9. post Monacell. in formul. tom. 4.*

Quoad decorem Episcopalem, animadvertisit, quod provocans ad novum examen et obtainens approbationem in secundo et ulterioribus examinibus, ut plurimum Parochiale consequitur, et a tribunalibus Urbis respondetur, quod *constat de irrationalibili iudicio Episcopi*, ita ut parochia sit provocanti conferenda. Responsio autem, quod *constat de irrationalibili iudicio Episcopi*, præiudicium affert decori episcopali, et quidem, ut aliqui dicunt, sine fundamento et ratione; deberet etenim de irrationalitate constare ex actis Concursus habiti coram Episcopo et non ex novo examine, quia sicuti possibile est ut aliquis male responderit in Concursu habito coram Episcopo, et bene respondeat in Concursu, qui fit coram Iudice appellationis, sic possibile est, quod rationabile fuerit Episcopi iudicium, non obstante approbatione a provocante reportata in secundo examine in quo rerum themate, nemo non videt sine fundamento et sine ratione et cum dedecore episcopalis dignitatis saepius responderi, quod *constat de irracionalibili Episcopi iudicio*; eoque fortius, quod sive ex industria sive ex accidenti magnum, ut plurimum intercedit tempus inter examen Episcopi et examen coram Iudice appellationis, quo tempore intermedio reprobatus discere potest, et experientia teste habetur, quod reprobati discunt, edocti videlicet, et praesertim in Urbe, ab aliquo viro peritiam habente Theologiæ moralis et casuum, uti dicunt conscientiæ.

Quoad damnum denique, est præiudicium ecclesia-

rum parochialium et parochianorum, de illo dicitur non esse dubitandum; quia postquam electus in concursu possessionem obtinuit ecclesiæ parochialis, si provocetur ad novum examen, debet a parochia discedere, debet accedere ad Iudicem appellationis, et ut plurimum ad Urbem, debet de necessitate non recedere ab Urbe, nec a loco Iudicij quoad usque fuerit completum iudicium novi examinis, quod ex supradictis tres et quatuor instantias admitit; qua in re, an contineatur nec ne damnum ecclesiarum parochialium et parochianorum, unusquisque facile colligere poterit, tum ex lege residentiæ impositæ Parochis pro beneficio suarum ecclesiarum et parochianorum, tum ex sacris canonibus, qui diutinæ ecclesiarum adversantur vaccinationi propter damnum, quod in illas et earum parochianos derivat ex intermedia residentia Oeconomorum et Vicecuratorum.

Post expositam Iuris dispositionem in materia harum appellationum, nec non praxim tam huius Sacrae Congregationis, quam tribunalis Rotæ, nec non inconvenientium et præiudiciorum, quæ ex dicta praxi derivare dicuntur, nihil aliud superest, quam proponere remedia, quæ parari posse videntur adversus allegata inconvenientia et præiudicia.

Ad rem itaque descendendo, præmittere opus est, quod plures in Urbe fiunt Concursus: non solum etenim fiunt pro ecclesiis parochialibus Urbis, sed etiam pro parochialibus, quæ vacant in Patria obedientia, nec non quo omnibus aliis ecclesiis parochialibus, in quibus admittitur provocatio ad novum examen.

Ante tempora sanctæ memoriae Innocentii XI, proponebantur ab Examinatoribus ore tenus nonnulli casus Theologiæ moralis, et Concurrentes respondebant ore tenus et non in scriptis, et non iidem casus omnibus Concurrentibus proponebantur, sed aliqui casus uni, alii alteri; cumque frequentes reclamations audirentur; unus enim ex Concurrentibus asserebat sibi propositos fuisse casus difficiliores, et alterum fuisse de facilioribus interrogatum; quodque notabilius est, cum in magna Concurrentium multitudine, et quidem respondentium non in scriptis, sed in voce, difficile admodum esset, quod Examinatores tutum de uniuscuius-

que litteratura possent efformare iudicium, de ordine san. mem. Innocentii XI. introducta fuit praxis in tribunali Eminentissimi Vicarii Urbis, quod eadem omnino quæsita omnibus Concurrentibus proponerentur; quod omnes Concurrentes, intra tempus ipsis assignatum, responderent non voce, sed scriptis, et quod pariter non voce, sed scriptis parvam exararent concionem super textu Evangelii ipsis assignato, exclusa temporibus recentioribus consuetudine explicandi Concilium Tridentinum; cum ex respositionibus, quæ lingua Latina a Concurrentibus dantur, respondendo in scriptis ad quæsita proposita, bene dignoscatur, an calleant linguam Latinam, et sic an habeant capacitatem intelligendi, et explicandi Concilium Tridentinum; et methodus hæc, quod eadem omnino quæsita omnibus Concurrentibus proponan' ur, et quod ipsi in scriptis respondeant, exigitur a Dataria Apostolica, quando vacat parochialis ecclesia Sede Episcopali aut Archiepiscopali vacante, quando contingit vacatio alicuius ecclesiæ parochialis, iuxta Decretum, et quando vacat aliqua Dignitas maior in collegiata, aut cathedrali ecclesia, cui sit annexa Cura animarum, de qua olim disputabatur, an esset nec ne conferenda per Concursum, iuxta late deducta per Fagnan. *in cap. Cum sit ars. num. 19. et seqq. de aetate, et qualitate.* Sanctissimus etenim Dominus Noster voluit atque decrevit, quod occurrente vacatione alicuius maioris Dignitatis in cathedrali, aut collegiata ecclesia, cui sit annexa Cura animarum, epistola scribatur ab Eminentissimo Prodatorio ad Ordinarium Loci, ut Concursum indicet, et quod deinde transmittat acta Concursus. Et methodus denique proponendi eadem quæsita omnibus, et exigendi respositionem in scriptis in pluribus viget diocesisibus, sed non in omnibus; Bononiæ etenim, et Perusiae examen adhuc fit oretenus, et Concurrentes non respondent in scriptis.

Praemitendum est etiam, quod in tantum fuit admissa provocatio ad novum examen absque ulla probatione gravaminis, in quantum, cum Concurrentes non responderent in scriptis, non poterat ex actis primi Concursus gravamen desumi, et sic nullus alias supererat modus inquirendi, an ille, qui fuerat in primo

examine reprobatus, rite et recte fuisset reprobatus, quam novum examen decernendo. In quo rerum the-
mate probatio gravaminis ante examen non videbatur,
quod exigi posset, iuxta censuram textus *in cap.* *Si forte: de electione in sexto,* ibi: *Si forte inter caetera,*
quae obiiciuntur electo, aut postulato, seu alias promoven-
do ad aliquam dignitatem, evidentem scientiae vel alium
personae defectum opponi contingat, in discussione obiec-
torum, illum statuimus ordinem incommutabiliter obser-
vandum, ut promovendus super defectu ipso ante omnia
subiiciatur examini, cuius eventus examinandis aliis, aut
dabit initium, aut negabit. Et in terminis, quod provo-
catio ad novum examen admittatur absque ulla pro-
batione gravaminis, ex quo gravamen ex actis primæ
instantiæ desumi non potest, firmat Pax Iordan. *lucu-*
brat. lib. 10. tit. 8. num. 227. Lotter. *de re Benef. lib.*
2. quaest. 31. num. 155. Garzias, *de Benef. par. 9. cap.*
2. sub num. 250. Gonzal. *ad regul. 8.* Cancell. *gloss. 4.*
num. 144. Et quod in tantum admittatur provocatio ad
novum examen absque ulla probatione gravaminis, in
quantum ex actis primi Concursus non habebantur
interrogationes et responsiones, firmant Rota *coram*
Ludovis. decis. 538. num. 3. ibi: *Ad docendum autem*
de gravamine est locus novo examini, qui est modus at-
tendendi iniquitatem et iniustitiam Examinatorum, quod
tanto magis procedit in casu isto, in quo non fuerunt
descriptae interrogations, et responsiones, aut saltem
non fuerunt transmissae et productae, ita ut, cum ex ip-
sis apparere non possit de gravamine, si aliunde doceri
non posset, inanis esset facultas appellandi, et sequitur
Rota *decis. 5. num. 11. coram Celso,* ibi: *et in hanc par-*
tem eo magis inclinarunt Domini, quia in actis dicti Con-
cursus ad Curiam transportatis non apparet registratum
integrum examen, ad effectum ut dignosci possit
quis sit iudicandus magis idoneus. Et conferunt ea, quæ
referuntur apud Auctores, et habentur in monumentis,
in quibus aliquid de hisce concursibus statuitur, aut
respective refertur: cum apud Fagnan. *in cap. eam te,*
sub num. 48. de aetate, et qualitate, habeatur, quod in
Diœcesi Pistoriensi non aderat consuetudo scribendi
interrogationes Examinatorum et responsiones Con-
currentium; cum in Actis etiam ecclesiae Mediolanen-

sis pluries sermo fiat de examinibus faciendis ad trahentes Concilii Tridentini pro conferendis parochialibus ecclesiis, scilicet *parte 1. pag. 14. pag. 120. pag. 215. §.* *Tum periculum fiat;* nec ullibi mentio fit de conscribendis interrogationibus et responsionibus: cum ulterius in libro in Archiep. Bononiensi edito a clar. mem. Cardinali Gabriele Paleotto *par. 4. tit. de ratione examinandi,* expresse supponatur, quod interrogationes fiant ore tenus, et responsiones edantur consimili modo: *illud tamen nostra Synodus observandum esse dicit, ut cum plures se obtulerunt examinandos, illi, qui prius nomina dederunt, primi ad examen admittantur, aut si ita expediat, omnes simul coram Examinatoribus convocentur, ut de unoquoque coram omnibus periculum fiat, ac si ex re magis videatur, liceat singulis Examinatoribus aliquit interrogare, ea semper ratione servata, ut inter Examinandos, quanta fieri poterit aequalitas observetur, et super eadem re, et per easdem interrogationes, singuli examinentur, ut omnis collusio, sive praecedens instructio amoveatur sub periurii periculo:* cumque tandem ex actis concursuum, qui conservantur in archivio Sacrae Congregationis, et loquendo praesertim de actis antiquioribus, desumatur; interrogationes et responsiones ore tenus factas fuisse; hoc solo intercedere discrimine, quod in nonnullis actis solum legitur Titium e. g. fuisse ab Examinatoribus approbatum, et Caium fuisse reprobatum, et in aliis interrogationes habentur per extensem et responsiones, sed scriptae a Cancellario, qui eas excepit ex ore Interrogantium et Respondentium, qui per consequens conscribendo modo praedicto interrogationes et responsiones, uni ex Concurrentibus auxilium, et alteri preiudicium afferre potest, vel ex industria, quod non est credendum, vel ex accidenti.

Supposito, quod Concursus, qui fiunt in Urbe, qui que ad Datariam Apostolicam transmittuntur, sint taliter confecti, ut eadem interrogationes fiant omnibus Concurrentibus, et quod responsiones scriptae sint proprio uniuscuiusque Concurrentis charactere, videatur, quod praecipiendo, quod omnes Concursus fiant praedicto modo, quod statuendo tempus, intra quod ille, qui fuit in Concursu reiectus, debeat appellare,

decernendo ulterius, quod provocans ad novum examen, gravamen ostendat ex actis primi Concursus, antequam novum examen decernatur, (gravamen etsi, si vere adest, potest ictu oculi ostendi ab appellante ex dictis actis primi Concursus, in quibus, uti supponitur, tam suæ, quam aliorum responsiones continentur, et quidem uniuscuiusque charactere conscriptæ) et demum iubendo, ut appellans, non ex gravamine in litteratura, sed ex aliarum suarum qualitatibus præponderantia, ostendat si potest, gravamen, aut ex actis Concursus aut aliunde, et per documenta etiam extrajudicialia, antequam appellatio admittatur; videtur inquam, quod omnia præiudicia cessent et inconvenientia, nihil quoque fiat adversus Concilium Tridentinum, aut Bullam Pianam, nec adversus sensum Sacræ Congregationis aut Rotæ.

Quod autem omnia prædicta demandando, cessent præiudicia et inconvenientia, patet; quia si præsumptio est pro Episcopi iudicio, quoadusque contrarium docetur, id totum verificatur in hypothesi, de qua nunc agitur, cum nec provocatio ad novum examen nec appellatio admittantur, nisi docto de gravamine. Rursus, si inconveniens reputatur, quod sine fundamento et ratione respondeatur, *quod constat de irrationalibili iudicio Episcopi*, ex quo Episcopus potuit rationabiliter existimare, quod aliquis in examine coram se peracto esset reprobandus, qui deinde in successivis examinibus approbationem meretur, absurdum hoc nullum sibi potest locum vindicare in eo rerum statu, de quo nunc agitur, cum in ipso irrationalitas prælationis, in eo quod attinet ad litteraturam, magna ex parte desumatur ab examine peracto coram eodem Ordinario. Denique, si Parochorum absentia magnum tum ecclesiis, tum parochianis affert detrimentum, non erit absentia ita frequens, non solum quia frequentia ex temporis præfinitione ad interponendam applicationem sed quod magis est, quia imposita lege de provando gravamine ex actis primi Concursus, antequam admittatur provocatio ad novum examen, non erunt provocations adeo frequentes, et sic adeo frequens non erit absentia, quæ ortum habet a provocatione ad novum examen.

Quod item prædicta omnia demandando, nihil com-

mittatur adversus Concilium Tridentinum aut Bullam Pianam, dignoscitur, quia appellatio a mala relatione Examinatorum nec non ab irrationabili iudicio Episcopi, de quibus in Concilio Tridentino et respective in Bulla Piana, præservatur; et ad eam tantum regulandam nonullæ adduntur conditiones, ut appellatio rite et recte admittatur,

Ultimo, quod nihil per methodum insinuatam inducatur contra sensum huius Sacræ Congregationis et tribunalis Rotæ. ponitur in claris, cum in tantum in præteritis fuerit dictum, esse locum provocationi ad novum examen absque ulla probatione gravaminis, in quantum gravamem ex actis primi Concursus desumi non poterat, nec aliis aderat modus ostendendi gravamen, quam per novum examen; quæ ratio nullum amplius sibi vindicat locum, quando taliter acta primi Concursus conficiuntur, ut ex illis gravamen valeat desumi. Ad quod assumptum comprobandum mirifice confert, quod Sacra hæc Congregatio, licet in resolutionibus et decretis indicatis et aliis, quæ possent indicari, videatur, quod fuerit in sensu admitendi appellationem et provocationem ad novum examen, absque ulla prævia probatione gravaminis; de fumo tamen gravaminis, seu irrationabilitatis iudicii episcopaloris, voluit aliquando gustare ante appellationis admissionem, teste Fagnan. *in cap. Eam te 39. de aetate, et quatitate, ibi: caeterum, etsi ad obtainendum novum examen in iudicio appellationis non sit necesse, ut prius constet de irrationabili iudicio ut ex praedictis liquet, nihilominus Sacra Congregatio consuevit novum examen decernere dato aliquo fumo irrationabilitatis, et malae praeelectionis Episcopi, etc.* Et rursus post expositum casum appellationis interpositæ ex præponderantia qualitatum, et ex nimia erga approbatum Examinatorum familiaritate, et bevolentia, subdit: *Sacra Congregatio censuit Concursum novum in Urbe esse instituendum, ubi Orator de veritate narratorum dederit fumum, id est posquam per attestaciones extrajudiciales, vel alia informia documenta de huiusmodi suspicione et gravamine aliqualem fecerit fidem, ut sic probabilis et sufficiens causa eum excuset a calumpnia.*

Atque hæc dicta sint sub Censura, salvo semper, etc.

V

RESOLUCIÓN

dada por la Sda. Congregación del Concilio en 16 de Noviembre de 1720 acerca de la causa «Dubia Concursuum» á que refiere el precedente discurso de P. Lambertini.

I. An in Concursibus, qui in posterum fient occasione vacationis ecclesiarum parochialium præcipiendum sit, ut eadem omnino quæsita omnibus Concurrentibus proponantur, et quod unusquisque ex Concurrentibus intra congruum tempus assignandum, debet in scriptis satisfacere quæsitis propositis, et an ulterius præcipiendum sit, ut unusquisque ex Concurrentibus sermonem scribat super textu Evangelii omnibus Concurrentibus assignando.

II. An, et quantum tempus præfigendum sit illis, qui intendunt appellationem interponere, vel a mala relatione Examinatorum, vel ab irrationabili iudicio Episcopi.

III. An ante concessionem novi examinis, appellans, a mala relatione Examinatorum, vel ab irrationabili iudicio Episcopi, in eo quod attinet ad litteraturam, debet in posterum docere de gravamine ex actis primi Concursus, in quo tam suæ, quam Concurrentium responsiones proprio charactere, una cum Concionibus conscriptæ invenientur.

IV. An ante appellationis admissionem, appellans ab irrationabili iudicio Episcopi, non ex capite litteraræ, sed aliarum qualitatum, teneatur docere de gravamine, aut ex actis primi Concursus, aut ex aliis documentis, saltem extrajudicialibus ab ipso exhibendis.

RESOLUTIO.—S. Congregatio Concilii causa cognita, die 16 Novembris 1720, respondere censuit:

Ad I. *Affirmative, per modum instructionis.*

Ad II. *Esse præfigendum tempus decem dierum ad appellantum.*

Ad III. *Affirmative, et doceatur de gravamine vel ex actibus originalibus Concursus vel ex copia authentica collationata ad formam iuris.*

Ad IV. Affirmative (1).

(1) Ex quibus colligitur, triplex appellationum genus dari posse ob Concursus gravamina: 1.^o Appellatio videlicet ut Concursus ex neglectu formæ, a Tridentino præscriptæ et a Constitutione Piana uberius declaratæ, iudicetur irritus a iudice appellationis.

2.^o Appellatio a mala relatione Examinatorum.

3.^o Appellatio ab irrationabili iudicio Episcopi.

Colligitur præterea, novam forman examinis, de qua agit prima dubitandi formula, esse præpositam modo tantum præceptivo seu modo instructionis, ut aiunt, ita ut neglectus huius novæ formæ examinis, nullatenus secumferret Concursus nullitatem.

Colligitur præterea, quamvis iudicium approbationis et præ-electionis faciendum sit super peritia seu scientia iuncta cum omnibus requisitis; tamen iudicium peritiae seu scientiae est plerumque illud quod absorbet ceteras qualitates, dummodo aliquid extrinsecum grave non obstet ut esset ex. gr. diffamatio. Qualitas enim scientiae seu peritiae magni aestimatur præ ceteris omnibus qualitatibus. Et hic repellenda est quaedam erroris umbra quam inducit verbum *scientia*. Quid enim nomine scientiae intelligitur in huismodi Concursibus? Intelligitur plerumque peritia in solvendis casibus qui conscientiae appellantur, ut Concurrentes iudicentur idonei ad sacramentales confessiones audiendas in quibus Parochus officium exercere debet iudicis, doctoris et medici. Proponuntur practicae quaestiones, quae in munere Parochi obeundo occurrere facile possunt, et exquiruntur responsa. Proponitur conscribenda conciuncta, lingua vernacula, super aliquo textu Evangelii, ut idonei possint iudicari concurrentes in explanando verbo Dei, quod officium in Parochos maxime incumbit. Non itaque agitur de scientia abstracto modo considerata; sed de practica peritia ad animarum curam necessaria et opportuna; quæ si eminentiori modo ostendatur per examen ab aliquo possideri, si grave aliiquid non obstet, non appareat gravis ratio, cur idoneus præ ceteris in peritia repertus, periculo facto, postponi debeat alteri, qui alia extrinseca merita proferat. Quare qui secundum ejusmodi examen idoneus in scientia præ aliis probetur, non solum appellari potest *doctior*, sed etiam *aptior*; cum per examen de ea peritia quæritur, quæ aptum seu idoneum plerumque reddit ad animarum curam. (Act. S. S. vol. 7 pag. 366.)

CODEX. CANONICO LITURGICUS

TITULUS XXV

Bursa.

Can. 283.—Omnino non licet celebrare Missam absque usu bursæ corporalis—1866 ad 2.

Can. 284—Decet ut a Sacerdote ipso, et non a Ministro deferatur bursa in qua Corporale recluditur, dum ipse pergit ad ministrandam Communionem extra Missam—2850 ad 3.

Can. 285.—Semper adhibenda est bursa cum Corporali toties administratur Communio Christifidelibus extra Missam, juxta Rituale; et non tantum quando S. Viaticum defertur ad infirmos—2932 ad 1 et 2.

Can. 286.—Rubrica Ritualis Romani circa doctrinam *Canonis* præcedentis est praeceptiva et non tantum directiva et ad libitum—2932 ad 3,

Can. 287—In administranda Christifidelibus Communione extra Missam convenit ut bursa sit ejusdem coloris ac stola a Sacerdote deferenda—3515 ad 1.

(*Sequitur.*)

POR INJURIAS Á UN SACERDOTE

UN ANTICLERICAL A PRESIDIO

Para escarmiento de los que se dedican al vil oficio de ofender por medio de la prensa á los Sacerdotes, reproducimos la adjunta

SENTENCIA.—En la villa y Corte de Madrid, á 3 de Junio de 1902, en el recurso de casación por infracción de ley que ante Nos pende, interpuesto por D. Juan Rabadán Ramírez contra sentencia de la Audiencia provincial de esta Corte en causa instruída al mismo en el Juzgado del distrito de la Universidad á instancia de D. José Calleja y Velasco por injuria y calumnia.

Resultando: que la referida sentencia, dictada en 23 de Septiembre último, contiene el siguiente:

Primero. Resultando que el procurador D. José María Cordón en nombre de D. José Calleja y Velasco, presentó querella, previo acto de conciliación sin avenencia, contra D. Juan Rabadán Ramírez por los delitos de calumnia e injuria en un suelto del periódico titulado *El Cencerro*, que se publica en esta Corte y que lleva el número 43 del año 1899, cuyo suelto literalmente copiado dice así: «Consuélese el curiana de Castillo de Locubín, que machacó la cabeza á su padre, y el Hermano Harsimiro, que hizo otra barbaridad con uno de sus discípulos, pués en Alameda de Argañan, provincia de Salamanca, les ha salido un compañero de glorias y fatigas que les puede dar quince y raya. Se trata del Párroco de dicho pueblo, injerto en beduino, que ha realizado la hazaña de dar de puñaladas á su propia madre por haber impedido ésta que atropellara á una hermana suya! Si no se tratara de un berrendor no se explicaría nadie somejante monstruosidad. ¡Esto es ya el delirio! ¡Jesús como están! ¡Ni respetan padres, ni hermanas ni ná!»:

Resultando que la Audiencia condenó á Juan Rabadán á tres años, nueve meses y cuatro días de prisión correcional, accesoria, multa y costas como autor del delito complejo de calumnia e injurias graves, con la circunstancia agravante de haberse cometido con ofensa ó desprecio que por su dignidad merecía al ofendido.

Resultando que contra esta sentencia se interpuso á nombre del procesado recurso de casación por infracción de ley, fundado en los números 3.^º 4.^º 5.^º del art. 849 de la ley de Enjuiciamiento criminal.

Visto, siendo ponente el Sr. Magistrado D. Juan de Dios Roldán:

Considerando que el segundo motivo de recurso interpuesto por la representación del procesado D. Juan Rabadán Ramírez, que es el primero admitido, es improcedente, porque las bases que contiene el comunicado del periódico *El Cencerro*, objeto del proceso, fueron escritas y publicadas en deshonra, descrédito ó menosprecio del agraviado, y con el fin de perjudicar notablemente su fama y crédito, imputándole faltas de moralidad incompatibles con su ministerio, sin que las expresiones de injerto en beduino,

monstruo y de haber tratado de atropellar á su hermana, determinantes del delito de injurias graves, sean parte integrante del de calumnia que la Audiencia sentenciadora aprecia separadamente de aquél, haciendo acertadamente aplicación del art. 90 que este motivo del recurso impugna:

Considerando en cuanto al segundo motivo que la falsa imputación que en el indicado artículo se hace el Párroco de Alameda de Argañán de haber dado de puñaladas á su propia madre, no puede menos de reputarse como grave, porque aún cuando tal imputación no alcanza la calificación de parricidio consumado, siempre merecía la de dicho delito en grado de frustración ó tentativa, que en cualquier caso sería castigado con pena afflictiva, y por tanto improcedente la pretension que en este motivo se hace.

Considerando respecto al tercer motivo que la Audiencia provincial de esta Corte, al apreciar como concurrente en el delito de calumnia la circunstancia agravante 20 del art. 10 del Código penal, no ha incurrido en el error de derecho que invoca este motivo del recurso porque la imputación de haber cometido un crimen tan execrable hecha á un Sacerdote encargado de la cura de almas rebajan en alto grado la dignidad y concepto moral de que deben estar revestidos los Párrocos ante sus feligreses, y por lo que no es lo mismo la ofensa hecha á un particular que la dirige á esta clase del Estado:

Considerando, en su virtud, que la Audiencia sentenciadora no ha incurrido en los errores de derecho é infracciones legales que el recurso supone:

Fallamos que debemos declarar y declaramos no haber lugar al interpuesto por D. Juan Rabadán Ramírez, al que condenamos en las costas y al abono, cuando mejore de fortuna, de 125 pesetas por razón del depósito que por su insolvencia no ha constituido; y comuníquese á la Audiencia provincial de esta Corte para los efectos procedentes.
—Es copia..»

TABLA DE LOS SERMONES
*que se han de predicar en la S. A. I. Catedral de Astorga
desde la 1.^a Dominica de Adviento de 1902 á la de 1903.*

Dominica 1.^a de Adviento. . M. I. Sr. D. Francisco Alvarez.
Dominica 2.^a de Adviento. , M. I. Sr. Lectoral.

Inmaculada Concepción.	M. I. Sr. D. Francisco Alvarez
Dominica 3. ^a de Adviento.	
Dominica 4. ^a de Adviento.	M. I. Sr. D. Francisco Alvarez.
Natividad de N. S. J. C. (segundo dia).	
Circuncisión.	M. I. Sr. Penitenciario.
Epifanía.	M. I. Sr. Lectoral.
Purificación de Ntra. Señora.	M. I. S. Lectoral.
Dominica de Septuagésima (Bula)	M. I. Sr. D. Juan Rubio.
Dominica de Sexagésima.	M. I. Sr. Doctoral.
Dominica de Quincuagésima.	M. I. Sr. Penitenciario.
Ceniza.	
Dominica 1. ^a de Cuaresma.	M. I. Sr. Doctoral.
Dominica 2. ^a de Cuaresma.	Excmo. Sr. Obispo.
Dominica 3. ^a de Cuaresma.	M. I. Sr. Penitenciario.
Dominica 4. ^a de Cuaresma.	Excmo. Sr. Obispo.
Anunciación de Ntra. Señora.	M. I. Sr. Magistral.
Dominica de Pasión.	M. I. Sr. Magistral.
Mandato.	M. I. Sr. Magistral.
Pasión de N. S. J. C.	M. I. Sr. Magistral.
Resurrección (2. ^o día).	M. I. Sr. Magistral.
Santo Toribio.	M. I. Sr. Magistral.
Ascensión del Señor.	M. I. Sr. Magistral.
Pentecostés (2. ^o día).	M. I. Sr. Magistral.
Smum. Corpus Christi. Dominica infraoctavam.	M. I. Sr. Magistral.
San Pedro.	Excmo. Sr. Obispo.
Santiago.	M. I. Sr. Magistral.
Asuncion de Ntra. Señora.	Excmo. Sr. Obispo.
Natividad de Ntra. Señora.	M. I. Sr. Magistral.
Todos los Santos.	M. I. Sr. Magistral.

Llimosna para los Santos Lugares.

(CONCLUSIÓN)

Párroco de Veldedo , 1'75 , — Ecónomo y fieles de Abraveses de Tera, 5.—Coadjutor y fieles de Aguilar de Tera, 4'50.—Párroco y fieles de Bendollo, 2'15,—Párroco y fieles de Omañuela, 1'25.—Regente y fieles de Primou, 5,—Párroco y fieles de Valle de Finolledo, 3.—Id. id, de Vega de Espinareda, 4,—Regente y fieles

de Paradasolana, 3.—Párroco y fieles de Castropodame, 1'50.—Párroco de Robledo de Valduerna, 5.—Regente y fieles de Páramo del Sil, 7.—Coadjutor fieles de Otero de Centenos, 2.—Párroco, Coadjutor y fieles de Barco de Valdeorras y Villoria, 11.—Párroco y fieles de Laroco, 6.—Id. id, de Riego de Ambrón y Acebo, 6'50.—Párroco y fieles de Fuente-encalada, 2'50.—Id. id, de Moreda, 2'50.—Ecónomo y fieles de Huerga de Garaballes, 7'35.—Ecónomo y fieles de Sitrama, 2.—Id. id, de Brime de Urz, 2'25.—Id. id, de Quilós, 2'50.—Párroco y fieles de Ferreruela, 15.—Id. id, de Riofrio, 3.—Coadjutor y fieles de Sesnande, 6.—Id. id, de Abejera, 10'55.—Ecónomo y fieles de Sta. Leocadia del Sil, 3'80.—Coadjutor y fieles de Villamartin del Sil, 1'25.—Ecónomo y fieles de Forcadas, 8'25.—Párroco y fieles de Villagatón, 6.—Id. id, de Valderrey, 6.—Párroco y fieles de Cobreros, 10.—Ecónomo y fieles de Vecilla de la Vega, 2'50.—Párroco de Milles, 3'60.—Párroco de Sta. Colomba de las Monjas, 7'50.—Coadjutor de Arcos de la Polvorosa, 2'50.—Párroco y fieles de Sta. María de la Isla, 7'50.—Párroco y fieles de Cogorderos y Villamejil, 2.—Id. id, de Antoñán del Valle, 3'25.—Coadjutor de S. Pedro de Zamudia, 2'25.—Párroco y fieles de Ferreras de Cepeda, 5.—Párroco y fieles de Paradaseca, 11'25.—Coadjutor y fieles de Nocedo, 2.—Párroco y fieles de Colinas, 2.—Ecónomo y fieles de S. Cristóbal de Valdueza, 7'50.—fieles de Camarzana, 4'50.—Coadjutor y fieles de Ilanes y Rabanillo, 10.—Id. id, de Sta. María de Valverde, 2'15.—Párroco y fieles de Folloso, 3.—Párroco de Campo, 2.—Ecónomo y fieles de S. Juan de Barrio, 2'50.—Párroco de Sandin, 5'50.—Ecónomo y fieles de Fresnedelo, 2'75.—Párroco de Cubillos, 1.—Párroco y fieles de S. Feliz de Orbigo, 7.—Regente y fieles de Lomba de Cabrera, 11'50.—Párroco y fieles de Villarnera, 3'25.—Id. id, de Sántibañez de la Isla, 4.—Ecónomo y fieles de Jagoaza, 3'50.—Id. id, de Espino, 4'10.—Regente de Salas de los Barrios, 4.—Coadjutor de Faramontanos de la Sierra, 2'50.—Párroco y fieles de Grijoa, 7.—Coadjutor y fieles de Folgoso de Carballeda, 4'20.—Coadjutor y fieles de Sagallos, 5.—Párroco de Torneros, 4.—Coadjutor y fieles de Villasumil, 2'30.—Coadjutor y fieles de Mozar de

Valverde, 2.—Párroco y fieles de Folgoso de Carballeda, 4'20.—Coadjutor y fieles de Sagallos, 5.—Párroco y fieles de Rosales, 3.—

SUMA 1.042'61 ptas.

ANUNCIO

El Boletín Ecco. desde el número 21 correspondiente al 3 de los corrientes, para los Arciprestazgos de *Valdeorras* y de *Robleda*, en conformidad con lo propuesto por los Reverendos Sres. Arciprestes respectivos al señor Director del mismo Boletín, se remite en la forma siguiente:

Al ARCIPRESTAZGO de VALDEORRAS en cinco paquetes.

El *primer paquete* dirigido al Sr. Cura Párroco del Barco comprende los números de once Parroquias que son: Barco.—Alijo.—Castro de Valdeorras.—Cesurés y Vales.—Córgomo.—Jagoaza.—Portela de Córigomo.—Sta. Marina del Monte.—Santigoso.—S. Vicente de Leira.—Villanueva de Valdeorras.=y de cuatro Coadjutorías, que son:—Forcadela.—Millaroso.—Arcos.—Piñeiro.

El *segundo paquete* dirigido al Sr. Cura de Quereño comprende los números de tres parroquias, que son: Quereño.—Cobas.—Salas de la Ribera.=y de dos Coadjutorías, que son:—Pumarés y Vila.—Pardollán.

El *tercer paquete* dirigido al Sr. Cura Párroco de la Rua comprende los números de diez parroquias, que son: La Rua.—Cernego.—Correjanos.—Laroco.—Petin.—S. Miguel de Mones.—Sta. Eulalia de Montes.—Sta. María de Mones.—Seadur.—Villamartin de Valdeorras.=y de seis Coadjutorias, que son.

—San Miguel del Otero.—Robledo.—S. Julián del Monte.—Valencia.=Los Freigidos.—Carballal.

El cuarto paquete dirigido al Sr. Cura Párroco de Sobradelo comprende los números de siete Parroquias, que son: Sobradelo.— Robledo.= Lardeira.— Casayo. — Casayo. — Candeda. —Carballeda.—y de seis Coadjutorias, que son: Entoma.— Villadequinta.— San Justo.—Riodolas.=Domiz. —Sta. Cruz de Bascois.

El quinto paquete dirigido al Sr Cura Párroco de Rubiana comprende los números de cinco Parroquias, que son. Rubiana.—Vega de Cascalana.—Viobra.—Oulego.—Castelo y Burrio.—y de una Coadjutoria, que es:—Real y Porto.

(Se continuará).



NECROLOGÍA

El dia 16 de los corrientes falleció en Tuy, después de haber recibido los Santos Sacramentos y la Bendición Apostólica, el M. Itre. Sr. D. Enrique Suarez Castillo, Doctor en Sda. Teología y Licenciado en Derecho Canónico, Canónigo Magistral de esta Santa Apca. Iglesia Catedral y Provisor y Vicario General del Obispado.

Pertenecía á la Hermandad Sacerdotal de Sufragios, por lo que se le deben aplicar, los de reglamento, por todos los asociados.

R. I. P. A.